

## CAPUT IV.

## De Infidelitate, et Vitiis Fidei oppositis.

## DUBIUM I.

## Quid et quotuplex sit Infidelitas.

Infidelitas  
triplex.

17. - « Resp. I<sup>o</sup>. Infidelitas generatim « est triplex. *Prima* dicitur *negativa*, eo- « rum scilicet qui nihil unquam de fide « audiverunt. Quae non tam est peccatum, « quam poena peccati: quia, si fecissent « quod in ipsis erat, Deus fidem eis non « abscondisset. *Secunda* dicitur *contraria*, « eorum scilicet qui fidem sibi sufficienter « propositam vel contemnunt vel ei con- « tradicunt pertinaciter, ut haeretici. *Tertia* « dicitur *privativa*, quod privative oppo- « natur fidei; et est culpabilis ignorantia

« vel error circa res fidei. — S. Thomas, « Sanchez<sup>a)</sup>, Vasquez<sup>a)</sup>, Laymann<sup>1</sup>. « Resp. II<sup>o</sup>. Infidelitas *contraria* ex tri- « plici modo repugnandi fidei, est triplex, « scilicet: *paganismus*, qui fidei nondum « susceptae; *judaismus*, qui fidei susceptae « in typo; et *haeresis*, quae fidei suscep- « ptiae in veritate, repugnat. — *Apostasia* « a fide revocatur ad haeresim; a qua tan- « tum differt, quod haeresis sit error fidei « ex parte tantum contrarius, apostasia « vero ex toto. — S. Thomas, Laymann<sup>2</sup> ».

Infidelitas  
contraria  
triplex.

## DUBIUM II.

## De Judaismo.

## Quaeritur hic tantum, quae communicatio cum Judaeis sit interdicta christianis.

Commu-  
nicare cum  
Judeis,  
quando illi-  
citur.

18. - « Resp. I<sup>o</sup>. His casibus, qui colli- « guntur ex can. *Nullus*, can. *Omnis*, « cap. *Judaei*<sup>a)</sup>: 1<sup>o</sup>. Non licet cohabitare. « 2<sup>o</sup>. Nec conviviis interesse. 3<sup>o</sup>. Nec uti « communi balneo. 4<sup>o</sup>. Nec medicos adhi- « bere. 5<sup>o</sup>. Nec medicinas ab iis datas re- « cipere; emere tamen licebit praescri- « ptas. 6<sup>o</sup>. Nec *Judeorum* filios enutrire « in ipsorum dominibus. 7<sup>o</sup>. Iis non famu- « lari. 8<sup>o</sup>. Nec servitute subjici. 9<sup>o</sup>. Prohi- « bentur publicis officiis inter christianos « fungi. 10<sup>o</sup>. Vetitum est eorum azymis « vesci. Quibus addit Azor, prohibitum « esse accedere ad eorum nuptias, festa,

« synagogas »; [Adire synagogas curiosi- « tatis causa, non esse peccatum grave di- « cunt Salmant.<sup>3</sup> cum Bonacina, Coninck<sup>b)</sup>, « Palao<sup>b)</sup>, etc.] « cum eis ludere, saltare, etc. « — Ratio eorum est, tum ut conser- « tur dignitas christiana religionis; tum « ut caveatur familiaritas cum Judaeis et « periculum perversionis. Vide Laymann<sup>4</sup>, « Sanchez<sup>5</sup>, Filliuccium<sup>6</sup>.

Est mor-  
tale ex ge-  
nere suo.

« Resp. II<sup>o</sup>. In decem dictis casibus « communicare cum Judaeis, ex genere « suo videtur esse mortale. Ratio, quia, « si clericus id faciat, incurrit periculum « depositionis; laicus vero, excommuni-

S. Thom., 2<sup>o</sup> 2<sup>as</sup>, qu. 10, art. 1 et 5. — <sup>1</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 12, n. 1 et seqq. — S. Thom., loc. cit., art. 5; qu. 11, art. 1; et qu. 12, art. 1. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 1, v. f. — Azor, part. 1, lib. 8, cap. 22, quaer. 8, i. f. — <sup>3</sup> Tr. 21, cap. 2,

n. 123. — Bonac., disp. 3, de 1<sup>o</sup> Praecept. Decal., qu. 2, punct. 6, n. 2, v. Octavus. — <sup>4</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 17, n. 1. — <sup>5</sup> Decal., lib. 2, cap. 31, num. 4. — <sup>6</sup> Tr. 22, num. 126 et seqq.

17. — a) Neque Sanchez, *Decal.*, lib. 2, cap. 1, n. 4 et seqq.; neque Vasquez, in 1<sup>am</sup> 2<sup>as</sup>, disp. 120, cap. 3, hanc divisionem adducunt.

18. — a) Praeter hos canones, cfr. etiam Glossam in can. *Nullus*, cap. *Multorum*, cap. *Judaei*, cap. *Ad haec*, cap. *Etsi Judeos*,

cap. *Cum sit nimis*, cap. *Ex speciali*, et cap. *Nulli Judeo*, de Judaeis.

b) Coninck, disp. 15, dub. 3, n. 55; Pa- laus, tr. 4, disp. 1, punct. 17, n. 12, hoc non habent quod sciunt; neque a Salmant. (sicut nec Bonacina) pro hac parte allegantur.

« cationis<sup>1</sup>, quae nonnisi ob peccatum mortale imponi solet. Dixi: *ex genero suo*; quia probabile est, vel ob materiae paritatem, vel ob necessitatatem aliam e causam rationabilem (si tamen non sit periculum perfidiae, nec familiaritatis cum Judaeis), saepe excusari a mortali; aliquando etiam ab omni peccato. — Ita communiter. Vide auctores supra citatos<sup>2</sup> et Bonacina<sup>3</sup>; item Laymann<sup>4</sup>. Principes christiani possunt permettere

Judeis et paganis aut haereticis, libertatem conscientiae tantum ob bonum religiosum, et ob spem conversionis; non autem ob temporale emolumen. Salmant.<sup>5</sup> — Bene autem potest Ecclesia et quicumque princeps supremus compellere Judaeos et paganos subditos ad audiendam fidem nostram. Salmant.<sup>6</sup> cum Suarez, Azor, Beccano<sup>c)</sup>, Bonacina, etc. (contra Coninck<sup>c)</sup> et Valentia); et constat ex praxi quae viget Romae.

Libertas conscientiae, quando licita.

### DUBIUM III.

#### Quid sit Haeresis.

Haeresis definitur.

19. — « Resp. Haeresis est error intellectus liber et pertinax contra fidem, in eo qui fidem suscepit. Ita communiter. Suarez, Beccanus<sup>7</sup>. — Unde patet ad haeresim, uti et apostasiam, duo res quiri: 1<sup>o</sup>. *Judicium erroneum*, quod est ejus quasi materiale. 2<sup>o</sup>. *Pertinaciam*, quae est quasi formale.

Pertinacia judicii, quid.

« Porro pertinaciter errare, non est hic acriter et mordicus suum errorem tenere aut tueri; sed est eum retinere, postquam contrarium est sufficiens propositum: sive quando scit contrarium teneri a reliqua universalis Christi in terris Ecclesia, cui suum judgmentum praeferat: sive id fiat ex vana gloria, sive libidine contradicendi aliave causa. Ita Sanchez, Vasquez, Laymann<sup>8</sup>, et alii communiter.

« Ratio est, quia tunc putat judicium Ecclesiae non esse sufficiens fundamentum credendi, quae est vera pertinacia: quam cum Coninck facilius sic explicant alii, eam tunc esse, cum

etsi objectum fidei credibiliter proposuit, ita ut prudenter de eo non possit dubitare; contrarium tamen judicetur, a quo nolit avelli ullo casu, vel saltem nisi evidenter convictus. Vide Coninck<sup>9</sup>.

« Unde resolves:

1<sup>o</sup>. Non est haereticus qui exterius tantum fidem negat, aut adorat idolum. Ratio est, quia non errat. Neque talis incurrit in foro conscientiae censuras latas contra haereticos, etsi in foro extero secundum externa procedatur. — Filiuccius<sup>10</sup>.

2<sup>o</sup>. Est haereticus qui affirmative de aliquo articulo fidei dubitat, hoc est, judicat esse dubium. Dixi: *affirmative*; quia negative tantum dubius, hoc est suspendens judicium, per se et simpli citer non est haereticus, quia non habet judicium; ergo nec erroneum: modo tamen non ideo suspendat, quod virtutiter judicet, non liquere de certitudine objecti. — Sà<sup>a)</sup>, Azor<sup>b)</sup>, Toletus contra

Quisnam sit haereticus.

<sup>1</sup> Can. Constituit 31, caus. 17, qu. 4. — <sup>2</sup> Ii sunt: Sanchez, n. 26; et Filiuccius, n. 129. — <sup>3</sup> Disp. 3, de 1<sup>o</sup> Praec., qu. 2, punct. 6, n. 2. — <sup>4</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 17, n. 1. — <sup>5</sup> Tr. 21, cap. 3, n. 5. — <sup>6</sup> Tr. 21, cap. 3, n. 8. — <sup>7</sup> Suarez, de Fide, disp. 18, sect. 2, n. 3. — <sup>8</sup> Azor, part. 1, lib. 8, cap. 24, quer. 3. — <sup>9</sup> Bonac., disp. 3 de 1<sup>o</sup> Praec. Decal., qu. 2, punct. 8, n. 3. —

<sup>10</sup> Valent., in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 1, qu. 10, punct. 6, v. *Sed quaeret aliquis*. — <sup>11</sup> Suarez, de Fide, disp. 19, sect. 1, n. 5 et 6. — <sup>12</sup> De Virtut. theor., cap. 14, qu. 1, n. 2. — <sup>13</sup> Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 7, n. 2 et seqq. — <sup>14</sup> Vasquez, in 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, disp. 126, cap. 3, n. 9. — <sup>15</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 13, n. 1. — <sup>16</sup> De Fide, disp. 18, dub. 7, n. 79. — <sup>17</sup> Tr. 22, n. 162 et 163. — <sup>18</sup> Tolet., lib. 4, cap. 4, n. 3.

<sup>a)</sup> Beccanus, de Virtut. theor., cap. 13, qu. 4, n. 4 et 13, affirmit profecto ejusmodi haereticos et infideles, *indirecte*, sed non *directe* compelli posse ad audiendam fidem. Eamdemque sententiam tenet Coninck, disp. 18, dub. 14, n. 240, cum num. 231 et 238.

<sup>b)</sup> Azor, part. 1, lib. 8, cap. 9, quer. 5:

ex infirmitate animi de fide dubitat non pertinaciter; quin etiam dum dubitat, non est censendus haereticus; in dubio enim non est pertinacia proprie, quae ad haeresim requiritur. Quibus sic dictis editio correcta subdit: « Tamen in contrarium est communis sententia, quae tenenda est ».

<sup>c)</sup> Azor, part. 1, lib. 8, cap. 26, quer. 1;

Libertas conscientiae, quando licita.

« Sanchez<sup>c)</sup> et Malderum<sup>c)</sup>. [Vide dicenda Lib. VII, n. 302].

« 3<sup>o</sup>. Nemo est haereticus, quamdiu paratus est judicium suum Ecclesiae submittere, aut nescit contrarium tenere veram Christi Ecclesiam; esto ex ignorantia etiam culpabili et crassa sententia suam mordicus tueatur. — Laymann<sup>1</sup>.

« 4<sup>o</sup>. Nec est haereticus, qui ita dispositus est, saltem habitualiter, ut a suo errore esset discessurus, si sciret esse contrarium fidei; dummodo pertinaciam actualem nunquam habuerit. — Laymann<sup>2</sup> et Coninck<sup>3</sup>.

« 5<sup>o</sup>. Rustici, aliquie homines simpliciores in Germania, qui haereticici habentur, et tamen pertinaces non sunt, possunt absolviri a suis parochis. Ratio est, quia non sunt haereticici formales: habentque fidem catholicam in Baptismo acceptam, quae non perditur, nisi errando pertinaciter. — Laymann<sup>4</sup>.

« 6<sup>o</sup>. Cum haeresis et quaeviis infidelitas mortalis sit, peccant quoque mortali taliter qui ejus periculo se exponunt, sive conversando, sive conciones audiendo, sive libros legendo; quae proinde, si cui periculosa sint, illicita sunt

<sup>1</sup> Lib. 2, tr. 1, cap. 13, n. 2. — <sup>2</sup> Loc. cit. — <sup>3</sup> De Fide, disp. 18, n. 97 et seqq. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>5</sup> Beccan., de Virtut. theor., cap. 15, qu. 7, n. 6. — <sup>6</sup> Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 6, n. 7. — <sup>7</sup> Disp. 3, de 1<sup>o</sup> Praec. decal., qu. 2, punct. 5, n. 3. — <sup>8</sup> De Matrim., lib. 7, disp. 72, n. 5. — <sup>9</sup> Part. 1, lib. 8, cap. 11, quer. 5. — <sup>10</sup> Lib. 31, n. 169. — <sup>11</sup> De Matrim. et seq.

« Meo, inquit, judicio, quoties quis voluntarie et pertinaciter de fide haesitat, eo ipso est haereticus.. At, inquit, haeresis est error intellectus. Respondeo esse errorem intellectus; vel absentiam assensus fidei, quem tamen praestare oportet; vel dubitationem, qua quis scienter et voluntarie ambigit de rebus fidei, quas certo credere debet».

<sup>c)</sup> Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 7, n. 12, non aliam sententiam tenet quam quae a Bussentib. exponitur; nam vocat probabilorem, opinionem quae negat esse haereticum eum qui dubitat: « Intellecta tamen (ita prosequitur) ut debet intelligi, nimisrum quando intellectus, utriusque partis rationibus perpensis, pendulus est nullumque judicium format. Quod est vere et formaliter intellectum dubium manere. Nam si supra suum dubitandi actum reflectitur, judicans illam fidei rem esse du-

« jure naturae: si vero periculum absit, lectio librorum haereticorum nihilominus illicita est jure positivo Ecclesiae, ut etiam formalis disputatio laici de fide. Quod posterius tamen in Germania locisque similibus, ubi catholici haereticis sunt permixti, abrogavit consuetudo. — Azor<sup>d)</sup>, Filiuccius<sup>d)</sup>, Beccanus, Sanchez, Bonacina<sup>e</sup>.

Matrimonio mixta illicita.

« 7<sup>o</sup>. Matrimonium contrahere cum haeretica, etsi per se sit illicitum, habeatur turke in Hispania et Italia mortale; probabile tamen est, ob gravium doctorum auctoritatem (Sanchez<sup>f</sup>, Azor<sup>g</sup>, Reginaldus<sup>h</sup>, Basilius Pontius<sup>i</sup>; vide card. de Lugo<sup>10</sup>), in Germania licere ex gravi causa<sup>j</sup>; salvo tamen jure naturali, et semoto periculo tum contrahentis, tum prolis: unde de iis initio constitui debet, ut catholice educentur. — Vide Beccanum<sup>11</sup>, Diana<sup>12</sup>.

« 8<sup>o</sup>. Eum qui lapsus est in haeresim, non teneri in confessione explicare, quia illa sit, eo quod omnes ejusdem species illa sint, docent Reginaldus, Diana<sup>13</sup> citans alios, et Escobar<sup>14</sup>. — Alii tamen contrarium tenent, quos sequitur card. de Lugo<sup>15</sup>. [Vide dicenda Lib. V, n. 50].

lib. 7, cap. 46, num. 8. — <sup>10</sup> De Sacram. in gen., disp. 8, num. 228. — <sup>11</sup> De Virtut. theor., cap. 9, qu. 5, num. 20 et 21. — <sup>12</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 269. — <sup>13</sup> Regin., lib. 6, n. 114. — <sup>14</sup> Part. 1, tr. 7, resol. 46. — <sup>15</sup> Prooem., exam. 2, cap. 6, num. 55, v. Apostata. — <sup>16</sup> De Poenit., disp. 16, num. 291 et seq.

biam aut sub opinione esse, nemo negare potest esse hunc dubitantem aut opinantem perfecte haereticum... Unde moraliter loquendo, cum dubitatione intellectus circa res fidei solet esse conjunctus hic actualis error, quo illas non omnino certas esse judicantur. Atque ita haeresis communiter adest». — Nec differt a Sanchez Malderus, de Virtut. theor., qu. 11, de Haeresi, art. 2, membr. 4, v. Dico 3.

<sup>a)</sup> Azor, part. 1, lib. 8, cap. 26, quer. 1; Filiuccius, tr. 22, n. 103, non loquuntur de consuetudine abrogante in Germania aliis locis hanc ultimam prohibitionem.

<sup>b)</sup> Neque Sanchez neque Azor requirunt gravem causam. Sed quidquid sit, matrimonio mixta hodie ubique, etiam in Germania, graviter illicita esse, constat ex multis decretis S. Sedis.

Peccatum haeresis est unius speciei.